

liticis, sive de Republ. libris, non minus accuratè quàm eloquenter scriptis, quadrigã constituit popularium, quas ita ipsi nominare placet, artium, quibus vulgò ingenuos & honesto loco natos pueros & adolescentes infici mos erat.

Primum grammata, ut ipse Philosophus loquitur, hoc est, Grãmatisticen, quem admodum postea est ab Asclepiade separatim nominata, ut à Grãmaticã, cujus illustrior est gradus, dissepararetur, i. e. legendi & scribendi notitiã: deinde Gymnasticen, quæ in palæstrã exercebatur, sic dicta, quod plurimum vel nudi toti, vel solùm verenda subligaculis contecti, decertarent, quam Mercurii artẽ Heliodorus vocat, tum Musicen, ut nunc loquimur, practicam, quã pueri in scholis humilioribus, quas barbari triviales appellant, imbuuntur; cum theoricã sit ΜΑΘΗΜΑΤΙΚΩΤΕΡΑ & sublimioris considerationis: & tandẽ quorundã judicio Graphicen sive Pictoriam, quã Socrates dicebat esse ΕΙΚΑΣΙΑΝ ΤΩΝ ΕΙΡΩΜΕΝΩΝ, imitationem sive repræsentationẽ eorum quæ videntur. Ac ea quidẽ accessit ad extremum autoritate Pãphili Macedonis pictoris, magistri Apellis, quã effectum est, teste Plinio naturæ Secretario, primum Sicione, deinde in totã Græciã, pueri ingenui ante omnia diagraphicen i. e. picturam in buxo docerentur, recipereturq; ars ea in primum gradum liberalium. Sed de aliis aliàs, nunc de Musice paucula delibabo & dicã ΠΑΧΥΤΑΩΣ & rudi Minerva.

Nec est e-  
nim